

utriusque transitum personæ præfataam derivans visionem. Nec eus frustratus est intellectus, cum ambo sub eodem fere tempore, corporis hujus angustias evasisse memorentur. Alii quoque meritorum beati viri claruerunt insignia, quæ circa detentos variis languoribus post mortem quoque perpetrata leguntur, Hinemaro cundam superexerescens albugo pupillas oculorum obtexerat, eumque in miserabilem damnaverat cætitatem; cui cum recuperardæ salutis spes ex meritis et interventu penderet abbatis, mémoratur Christi famulum ei apparuisse

A in somnis, et monuisse non illuminationem corporis querere, sed mentis: tandem tamen super depeccantis lumina signo crucis impresso, recessisse Dei famulum, et abstersam oculis cætitatem. Quidam quoque fratrum, nomine Guilo, cum tranquillitatem mentis simul et corporis nova ei excussisset amēta, deductus ad sepulcrum beati viri, depulso quievit incommodo, sibi pariter et conventui sacra ejus meritis restitutus, præstante Domino nostro Jesu Christo, qui eum Patre et Spiritu sancto vivit et regnat per infinita saecula. Amen.

ALIA VITA

AUCTORE RAYNALDO, ABB. VEZELIACENSI, DEINDE ARCHIEP. LUGDUNENSI.

(Ex ms. sereniss. Christianæ reginæ Sueciæ, et alio collegi nostri Duaceni.)

PROLOGUS.

Universis Ecclesiæ Cluniacensis filiis frater RAYNALDUS, Vezeliacensis Ecclesiæ, non tam abbas quam servus, in Domino salutem. Cum multorum fratrum monitis urgear, ut Vitam piissimi Patris domini Hugonis Cluniacensis abbatis succincte describam, devotioni, non præsumptioni inservire mihi consilium est. Quod si forte alicujus altioris ingenii viri studium in hoc opere ante nos desudarit, non, ut illum offuscare, me autem claram facere velim, hec agam, sed illius opus majorum atque sapientum viatorum excellentiæ relinquendum; nostrum vero minorum atque minus capacium studio attribuendum puto, nec sordebit humilitas sermonis inculti, dum ipse stylus pure inserviet veritati.

CAPUT I.

Adolescentia pie transacta; thoricinium vita monastice, dignitas abbatialis, liberalitas in pauperes, familiaritas cum Christo, potestas in demones.

1. Igitur vir beatus, ex nobilissimis Burgundionum prospiciæ lineam trahens, patre Dalmatio viro consulari, matre vero Areburgi, religiosa admodum femina, neque viro natalibus impari procreatus est. Quæ venerabilis matrona, hac de qua agimus felicis sobole grava, cum partus instaret, quemdam venerabilem sacerdotem, ut pro sui partus angustiis alleviandis Deo sacrificium afferret, censuit exorandum. Cujus devotis precibus vir Dei dum obtemperasset, videbat et ipse in ipso sacrosancto calice, quasi cujusdam infantuli in ago apparebat, in qua exprimere poterat quanti apud Deum foret meriti puer ille qui nascebatur. Mox, peracto missarum officio, festinat sacerdos ut iei præbet eventum, et infantem natum reperit, cujus præsigum viderat et agnoverat in tanti speculo sacramenti. Tunc de illo multa prædicens, magnum illum si adixerat

B futurum protestatus est. Quod ab ipsis pueritiae suæ rudimentis satis iam innotescet, dum aut ecclesiæ aut scholis frequentius adhæceret, horis tamen suis, quia patrem suum timebat, qui militaribus studiis illum applicare volebat. Et cum ei vesus pretiosior ac colorum varietate decentior aptaretur, ipso eam pro abjectiori et simpliciori respuebat; nec lasciviae, ut illa ætas assolet, sed innocentia et simplicitati operam dabat; frequenter etiam et lectioni, invitus parentibus, incumbebat. Pro quibus omnibus et his similibus, dum a patre et a coevis etiam argueretur, scilicet quod hæc contraria militare forent, deliberavit apud se aliam sibi querendam militiam cui non essent ista, sine quibus militare nollet, contraria.

C 2. Itaque relictis omnibus, a saeculo nudus evasit, et B. Odilonis magisterio se submittens, Cluniaci monachus efficitur; in cuius susceptione quidam de senioribus, ut fertur, in hæc verba proiumpens:

« O quantum, inquit, hodie theaurum, Cluniacens Ecclesia, suscepisti! » Qui postea, quantæ humilitatis, quantæ puritatis et honestatis, quamque servens in amore Dei existiterit, non sermo noster, sed B. Odilonis solertia, qui eum infra annos adolescentiæ, Cluniacensem ordinavit præpositum, declarat. In cuius regiminis officio, qua misericordia et charitate, qua strenuitate et vigilantia institerit, seniorum Cluniacensium devotio manifestat; qui ad primum de abbatis electione verbum, cum eum nominasset qui electioni præterat, et in cæteris nominandis procedere voluisset, statim de sede eum rapuerunt, et cum Dei laudibus in abbatem levaverunt. Tunc denique quas cruce sibi indixerit, lorica illa, qua indutus ad carnem juventutem suam perdomuit, una præ cæteris ad medium deducta sufficiat, sub qua, et suam, licet innocens, et patris sui qui de mundo jum excesserat pœnitentiam agebat. De

lectione vero et oratione, quibus pene jugis insistebat, ita paucis censeo definiendum, quia sic in utroque se insatiabilem ostendebat ac si, cum legiret, Deus ei visibilis loqueretur; cum vero oraret, facie ad faciem cum Deo sermocinaretur.

3. Misericordiarum autem ejus explicare numerum non sufficiet, scilicet quam plus eiga subditos, quam largus circa pauperes fuerit, quam benevolus tam circa alienos quam circa domesticos extiterit. Enimvero tantæ charitatis et modestiae circa filios habebatur ut in dies numerus eorum augeretur, et felicem se quisque arbitriaretur qui sub ian o Patre ad conversionis gratiam perveniret. Nam de elemosynis ejus, quis digne refusat? quibus ita insudabat ut praeter quotidianum v etiam etiam vestes, tam in hieme quam in aestate pauperibus congruas compariaret, et pene quidquid habere poterat, in eorum necessitatibus insumeret. O fidelem Christi dispensatorem! cui parum erat pane pauperes alere, nisi eos carnibus saginaret; parum, nisi crebro eos vino latificaret; parum, nisi saepenumero argenteis, interdum vero et aureis eos remuneratos haberet. Et quid ei haec omnia, nisi vestis etiam multiplex sequeretur? Ad algorem depellendum laneæ vestes parabantur; ad aestum reprimendum laneæ coembantur; et ne aliquid decesset perfectæ charitati, ipse eas cum fratribus, qui illi assistebant, plerumque consuebat; tam vero calceamenta, non sine axungia qua ungerentur distribuebat. Neque ille Joanni, qui ob immensitatem elemosynarum solus in Ecclesia cognominatur Eleemon, dissimilem fuisse crederes, dum thesauros incomparabiles in eorum profigaret expensis; et quod alicui potentissimo regi sufficere ad divitias crederetur, hoc ipse multoties in pauperum miseriis dispergeret relevandis.

4. Quid de fide ejus memorabili dicam, qua apud Deum tanti meriti claruit ut et vota ejus exaudiret, et frequenter, vel eo ignorantem vel eo absente, per ipsum virtutes operaretur? Nam, ut ad alia s. o loco perveniam, primum omnium ipsum de Salvatore miraculum ad medium deducamus, quod, quamvis ipse non videbat, testis tamen fidelis papa Gregorius septimus, qui Hildebrandus antea vocabatur, hujus rei fuisse cognoscitur. Sic etenim dum quidam die in Cluniacensi capitulo (utpote monachus et adhuc Romanæ Ecclesiæ subdiaconus) beato viro assideret, conversus Dominum Jesum illi considerare vidit, et quasi in singulis judiciis ejus illi favet, vultu et habitu hilaris apparebat. Mox ille cunctis stupentibus, rem siquidem penitus ignorantibus, tanto Judicii assurgens, medium volebat constituere dominum. Tandem a Patre sanctissimo, eur de sede surrexisset, requisitus, visionem (quam quibus oculis vidisset, nescire se fatebatur) ut praehabavimus, exposuit: in quo perpendere possumus,

A qua puritate et æquitate culpas discutiebat, qui Judicem sæculorum assessorem habere merebatur. Hunc itaque, ut seatur, vir iste tantæ auctoritatis et gratiae ob disciplinæ severitatem et temperantie mansuetudinem blandum vocabat Judicem, ob id maxime, quia ut mater filius blandiebatur, et ut pater delicia corrigebat.

5. Sed dum, quid cuca Stephanum papam per eum gestum sit, considero, non ab re, huic operi inseidendum existimo. Illic ctenim apud Florentiam Italæ urbem insimitate decubabat, et non sine Dei gratia a sancto viro visitatus, post multum cum eo habitum colloquium, ut inter manus ejus mori meieretur. Domum exorabat, cum ecce humani generis mimicus, horis quibus vir Dei aberat, obtutibus morientis pontificis se ingerere et horrore sui mentem ejus terrere atque turbare, sed ad viam Dei ingressum fugere, et quandiu cum eo erat non ultra apparet. Quod ubi competitum est, ab ipso pontifice summis precibus postea detentus, usque ad exitum ejus cum eo permansit, et corpus ejus, suis manibus lotum et funereis vestibus involutum, in sepulcro locavit.

6. Nec mirum si ad tanti viri præsentiam diabolus fugiabatur, cuius spiritus in tantum Deo adhaerbat ut etiam ipse in persona sua Dominus Jesus Christus ad eum visitandum venire dignaretur. Quod tunc quoque licet dissimili priori, non tamen impari revelatione claruit, quando quidam senior, sicut idem ut credimus, de se quasi de alio referebat, ipsum Redemptorem cum cithara, in Cluniacensi choro psallentem eoram singulis fratribus, vidit; cantus autem, qui audiebatur, illa evangelica antiphona erat: *Sedere autem mecum, non est meum dare vobis; sed quibus paratum est a Patre meo* (Matth. xx, 25), tunc etiam tantus odor cœlestium aiomatum effervescente videbatur, ut cunctorum flagrantiam balsamorum superare crederetur.

GAPUT II.

Defunctus a paenit., æqui a morbis liberati. Tempa ac caenobia extirpata aut reformata.

7. Nec illud silentio obtegendum censeo quod quidam frater, nomine Pontius, divinæ animadversionis judicium in se pene sensisset, nisi ei cœlestis pietas, per hunc Dei servum subvenisset. Nam cum apud quendam cellam, cui Mons (85) vocabulum est, is de quo agitur frater moraretur, illucque venisset Pater reverendus, ille, quia eum, utpote adversus Patrem stulte murmurans, videre nolbat, simulato languore ad lectum secessit. Sed quanto se subtrahere viro Dei conabatur, tanto vita de corpore (non jam ex fictione, sed certa valetudine) exire lessinabat, ita ut jam voce fauibus hærente, loqua desiceret. Curritur ad pium pastorem, ut ovem pene migrantem summo Pastori commendaret. Mox ille accelerans, absolutionem commendationis præmisit,

(85) Inter Claromontane diœcesis decanatus, unus e Montibus dicitur, Cluniacensi monasterio unus. Vide bibliothecam col. 1755.

et sic æger, viiibus et voce paulisper restitutis, cul-pam confitetur, temeritatem accusat, veniam im-plorat et obtinet, et sic demum ab incommodo illo convalescit.

8. Alter vero eum ab hoc sæculo migasset, et ejus corpus in oratorio Cluniacensi inhumatum ex more servaretur, duobus fratribus ipsa dormitionis suæ nocte apparuit, quibus crimen duorum solidorum, quos sine licentia cuidam homini dedisset, confitebatur, et quia sine confessione hujus reatus obiunxerat, a sancto Patre absolutionem poscerbat, antequam sepulturæ traderetur. Mane autem facto, visionem quasi uno ore ambo coram omni conventu beato viro exposuerunt. Tunc requista, quam defunctus nominaverat persona, secundum præmonstratam visionem reperta res est. Mox indicta cunctis pro fratre pœnitentia, orationibus, psalmis, elemosynis atque missis adjunctis, absolutio secuta est. Sic nimurum, sic non solum in terra, sed etiam in cœlis fides ejus virtutem, virtus potestatem, potestas gloriam, gloria hic humilitatem, illuc coronam in dies parabat.

9. Quodam etiam tempore, dum iter per Wasconiae partes ageret, comitante secum Hunaldo (86), pruferentissimo viro atque suo monacho, non procul a via prospexit quamdam cellam in qua vir qui iam, nebulis quidem genere, sed lepra percussus, degenerat; cuius mores cum inquisisset et patientiam ejus probatam agnoscisset, vir insigni pietate ad eum visitandum divertit, et per consolationis verbum charitatis officium adimplens, vestem pelliceam exuit, et cum aliquot argenteis inservio donavit. Quod dicensse æger, ubi vestem induit, a plaga lepræ se curatum protinus agnoscit.

10. Rursus idem vir sanctissimus, Parisios forte alvenerat, et B. Genovæ ecclesiam, quæ extra muros urbis sita est, tum pro devotione sacratissimi corporis ejus, tum pro veneratione apostolorum principis, cuius ibi planeta esse creditur, pio religio-nis cultu visitaverat; quo tunc quondam miles, nomine Rothertus, qui ex plaga ictus bellici paralysim incurrerat, clientum manibus advectus, rogabat, ut pro ipsius salute Domino supplicaret. Ille, assumpta apostolica insula, languentibus membris admovit, et imposita illa antiphona, quæ de paralytici Æneæ salvatore in Ecclesia cantatur, mutalo nomine, dixit: Rotberete, sanet te Dominus Jesus Christus (Act. vii). Statim cunctis videntibus et mirantibus prægudio, sanus et incolmis ad propria remeavit. Sed quæ obtenuit sanctorum pignorum miracula gesserit, tanto nobis innumerabilia sunt, quanto

A frequentiora; quibus tamen tam cautum se exhibebat ut semper sanctis imputare quidquid eo administrante sospitatis a Deo alicui impenderetur.

11. Item aliquando Valentiam Gallæ intraturus, obviam habet pauperum multitudinem, quæ elemosynam a tam famoso per orbem dispensatore expetebat. Jubet economo suo Valentoni, fratri per omnia strenuissimo, impetrari more solito per omnem turbam argenteos; at ille post, ferme decem solidos non sibi remansisse, reliquis in opus simile consumptis, et hos fore in majori forsitan necessitate servandos assurmat. « Noli, inquit, trepidare frater, fidelis es Deus, et confide quia istis distributis, bonus remunerator noster Jesus satis fideliter recompensabit in præsenti, si datores hilares fuerimus. » Completur iussa Patris, et antequam ad civitatem veniretur, ecce quidam de civitate obtulit ei aurum, quod solidorum pretium decies excedebat. Tunc conversus ad prædictum fratrem: « Accipe, inquit, et ne ultra de bono feneratore diffidas. » Singularis in Deum fiducie vir iste, quoties ex magna et intolerabili penuria se et dominum, cui præterat, fide, qua totus in Deo erat, liberavit, enumera per longum est.

12. Sed quod beatis apostolis Petro et Paulo scipit, unum de multis sufficiat breviter retexere. Quadam vice, urgente inopia, missa a fratribus ad eum legatio est (erat enim tunc Marcianæ (87) orantibus, ut in tanta necessitate eis consule et. Conversitur ergo ad singulare præsidium; mittit apes olim epis olam, rogans et obsecrans ut cervorum suorum miserentur; et qui eatus locum illum rexissent, et de parvo in magnum provocantes, nunc quoque ab his angustiis eum eriperent, nec ad peccata ejus, sed ad miserationes suas multas, respicerent. Desertur itaque ante ipsorum altare legatio fidei. Quid multa? Tanta non multis evolutis diebus, rerum copia supervenit, ut non solum illius temporis, sed et totius anni levaret inopia. Et quia occasione se præbente de beatis apostolis fecimus mentionem, dignum est referre qualiter per eos de novæ basilicæ fundatione vir beatus communis sit.

13. Quidam abbas monasterii, cui Balma (88) voculum est, Gunzo nomine, vir magnæ honestatis et simplicitatis, dum aliquando gravi languore paralysis Cluniaci desiceret, ita ut ad extrema jam se devenisse crederet, quadam nocte, vidi sibi assistere ipsos apostolos Petrum et Paulum cum proto-martyre Stephano, quorum primus atque princeps, videlicet beatus Petrus, postquam ab ipso qui essent

allegat Hugo: « Religioso viro Vincentio referente didici quæ narravi; ipse factio interfuit, vidi, et testimonium perhibuit. »

(86) De hoc Marcianensi monasterio satis egimus supra.

(88) Balma vulgo Baume, diœcesis Vesontinensis, cuius conditor fuit S. Euclius, ut in hujus Vita legitur ad 45 Jan.

(86) Hugo monachus in Vita: « Assumptisque secum duobus monachis suis, Duranno scilicet qui fuit Tolosanus episcopus; et Hunaldo qui fuit abbas Moysiæ acens. vir eloquentissimus, » Centuli comitis Bearnensis frater, qui Cluniaci sub S. Hugone anno 1062 monasticam vitam amplexus, eodem sancto adhuc superestate Moysiæ acensibus præfuit; de Duranno actum ad superioriem Vitam, præter hos invenimus testimonia alium, clericum forte sacerdotem,

requiritur, et suum nomen atque sociorum edidisset, sic est exorsus: « Surge, frater, ocius, et Hugoni abbatii hujus Ecclesiae, haec nostra defer mandata: Angustias basilicæ nostræ fratrum multitudine ferre vix potest, et volumus ut ampliorem abbas ipse aedificet nec de sumptibus diffidat, nostrum enim prvidere de omnibus quæ hunc opem necessaria fuerint. » Cui ille: « Legationem inquit, istam suscipere non audeo, quia neque fides verbis admittetur. » Et apostolus: « Signum, ait, veritatis hoc a me habeas; quia mox, impleto legationis officio, salvum ab omni incommodo te reperi es. » Dixerat, et ab oculis ejus statim visio disparsuit. Illucescente vero diluculo, mandata viro Dei per ordinem relexunt, et ex promisso apostoli sic factus incolmis est. Et haec prima causa fuit, quæ animum sancti Patris ad tantum opus inchoandum maxime inclinavit. Cujus fabrica tantæ pulchritudinis et venustatis in se gratiam prætendit ut in tota occidentalib[us] plaga (nam de aliis mundi partibus mihi minus cognitum est) nulla sit hac conspicabilior basilica.

44. Sed ne hoc solum hujus viri Dei magnificum opus, aliis prætermisis, edidisse videar, hic Cluniacum renovavit, hic fratrum numerum, tam intus quam foris, plus omnibus prædecessoribus suis ampliavit, hic cellas aedificans reformavit, hic possessiones terminis dilatavit. Quis beatorum confessorum Martialis (89) et Aegidii (90) ecclesiæ religione restauravit, nisi iste vir beatus? Quis B. Austremonii (91) Arvernensis, nisi iste vir beatus? Quis B. Marie Magdalena Vizeliacensem ecclesiam ad ordinis regulatis pristinum reduxit statum, nisi iste vir beatus? Hic Pictavis S. Joannis Evangelistæ cœnobium (92) ab ipsis fundamentis religione fundavit; sancti quoque Bertini confessoris ecclesiam (93) cum pluribus ipsius Flandriæ monasteriis, religione illustravit; locum etiam qui Charitatis obtinet nomen, per virum, mirabilis apud Deum et homines gracie, Gerardum monachum suum a principio struxit.

45. Patris ecclesiam S. Martini, quæ de Campis nuncupatur, de canonicali ordine, in monasticam transtulit normam. Sed cur sere totam Galliam peragere, quam ita monasteriis perornavit, ut, sive in Franciam, sive in Aquitaniam, sive in Burgundiam, immo quocunque per omnes partes ejus te velas, ubique religionem tanti Patris fulgere videoas?

(89) Ecclesia S. Martialis Lemovicæ anno 848 a canoniciis ad monachos translatæ, exinde abbates habunt, quorum duodecimus fuit Adalbertus, sub quo basilicam S. Martialis recuperatam scribunt Sammarthani. Nunc rursum ibi sacerdtares sunt.

(90) S. Aegidii, vetustum in Septimaniam monasterium, etiam nunc celebre.

(91) S. Austremonius, Arvernorum apostolus, constitui Novembris: epus sepulcrum ac deinde cœnobium, tempore Gregori Turonensis claram, in vicissim oculo vulgo Issoir, nunc inter abbatias desunt numerari.

(92) Neque loc S. Joannis evang. cœnobium am-

A Sed nunquid in Galliis tantum, an occidentales provinciæ prætermittendæ sunt? quorum singulas, quanto religionis lumine illustrarit, testantur monasteria, quæ pleraque in eis, vel ipse construxit, vel ad meliorem statum plurima reformavit. In patrimonio quoque suo, fratris sui Gaufridi studio et auxilio, sanctimonialium feminarum Marciacense fundavit cœnobium; quibus et cœnobitarum et anachoretarum instituit legem, ut et obedientiæ propositum æmulentur, et perpetui claustræ solitudine anachoretarum imitentur vitam.

CAPUT III.

Secreta animorum cognita, futura praedicta, moribus curati.

B 16. Inter tot gratarum dona, prophetæ quoque Spiritu vir sanctissimus non carebat, quo interdum in discernendis voluntatibus et animis fratrum, tanta pollebat gratia ut sæpe mores ac affectus eorum prædiceret. Unde accidit ut, quodam tempore, cum cellas suas perlustrando visitaret et ad locum Charitatis venisset, inter alios fratres, unum ab osculo repudiaret. Requisitus de causa, malignum spiritum in eo habitationem habere respondit. Stupefactis qui aderant, interrogatur miser de conscientia, qui mox constiterat se sine sacerdotali ordine missam dum celebrasse, confessionem et poenitentiam nullam sese suscepisse, et adhuc in scelere ipso se perdutare; sed cum debuisse pœnitere, postea flagitosus atque pessimus evasit. Sic quoque apud Avernonem ubi, dum quadam die ab eo quidam debilis eleemosynam flagitaret, vir Dei miserum intuitus, tali fertur eum convenisse responso: « Eleemosynam quidem pro Christo, quem prætendis, tibi impendo; sed tua vita plena ebrietate et luxuria ipsi displaceat; cujus te pauperem esse mentiris. » Protinus omnes qui aderant cives, in admirationem conversi, talem eum esse affirmant qualem vir sanctus, qui eum nunquam ante viderat, fuisse rediguisse.

17. Quidam etiam novitius. Maingodus nomine, dum præstolationis suscipiendi habitus tedium afficeretur, et apud se jam deliberasset, non ultra mortuorum sustineret inducias, per spiritum a viro Dei de cogitatione sua præventus est. Nam et quomodo discedere voluisse, intimavit, et ne regulari examinationi contrarie vellet, admonuit. Qui postea laudabilis conversationis existit, et vitæ cursum,

plius Pictavis superest, nisi forte in minutum dignitate aut in patochalem ecclesiam versum.

(93) Sithuense S. Bertini monasterium juxta castrum S. Andromari tota Flandria notissimum, cuius abbas Iperius narrat, quomodo S. Hugo, de licentia Lamberti episcopis Morotorum, de diversis Cluniacensi monasteriis religiosos viros adduxit anno 1101, quibus stricte et religiose viventibus resiunt Sithuenses, metu rigidiis disciplinæ, vlapsi sunt, et brevi plusquam 420 fratres accesserint, ut minum non sit, quod Hugonis successor Pontius tentaverit hanc abbatiam Cluniaco subjecere.

sicut ei in ipso mortis articulo per visum cœ ius dictum est, feliciter consummavit.

18. Fuit quoque vir quidam miræ simplicitatis et gratiae, nomine Durannus, Tolosanæ civitatis episcopus, qui, quamvis religiosus vita fuisse, tamen ex animi jucunditate aliquando verba risum moventia proferebat. De qua re, cum saepius a sancto Patre, cuius et monachus erat, argueatur, quidam die in spiritu prædictis ei quia, postquam ab hac vita migraret, oīe spumoso per visum alicui fratrum appareret: quod ita factum est. Nam euidam capellano suo, nomine Higino, post discessum apparuit, atque, ut vir Dei prædixerat, spumosus labia fratrem edocet de oris deformitate, scilicet quod vaniloquii culpa poenas lueret, et ut Patru pio causam ejus aperiatur depositit. Cui postquam revelata visio est, vir plenus Spírito sancto, septem fratribus hebdomada una silentium indixit, sed unus ex eis violavit, quod sex illibatum servaverunt. Tunc episcopus iterum prædictio fratri, ore quidem, jam mundiore, sed a parte quadam adhuc quasi saliva desuente, apparuit, dicens se obedientia fratrum qui silentium servaverant, puniatum; sed conqueri quia neglectu septimi fratri restabat illa pars nondum cuiata. Itaque, quæ visa sunt denuo Patri intimantur, et fractura silentii altera hebdomada solidata, tertio demum se eidem fratri, sine ulla deformitate, manifestavit.

19. Illud quoque memorie commendandum arbitror, quod quidam clericus Flandriensis, S. Audomari confessoris canonicus, Lambertus nomine, cum seculo renuntiare et beati viri magisterio se subdere decrevisset, ab ipsis oppidi præposito, vi et sibi et rebus suis afflata, detentus est. Quadam ergo nocte, jam dictus præpositus videt sibi advenisse personam magnæ severitatis, cum pastorali virga; quæ Cluniacensem abbatem se nominans, multis verberibus clericum exigebat cum rebus suis. Tandem die terris reddita, qui exactus fuerat clericus, evocatur; et exposita visione, vultu quoque et habitu sancti Patris insinuato, cum rebus suis absolvitur, et Cluniaci monachus efficitur: Erat quidam, Willelmus nomine, qui ad quamdam obedientiam a sancto Patre missus fuerat, quam mox in cruce tantus percussit morbus, ut injunctæ obedientie succumbet, et timore evagante ipsum crus ferre nequit. Tunc concepta fide: « Per illum, ait, qui me huc direxit, tibi dico, pestis, ut obedientiam, quæ mihi injuncta est, implere me sinas. » Dixit, et nocte insecura, a duobus viris, qui se missos a sancto vno dicerent, visitari se vidit, et in specie medicorum ab eis medicari et curari. Mane autem exergesfactus sanum se ab omni valetudine persensit.

20. Alter vero, nomine Theodericus, in pollice pedis quasi quodam igne urebatur, ita ut vix somno, vix alicui corporis quieti indulgere posset. Rogat infirmorum procuratorem, ut aquam, unde manus sancti Patris in hora missæ abluerentur, caute recipere ac sibi deferret. Captata igitur opportunitate,

A aqua de manibus suscipitur et ardenti pedi infunditur, sieque statim ardor penitus cessavit. Miles quidam Avernensis vulneratus in prælio fuerat, et obducta cicatrice minus caute, sanies lethaliter inclusa totum corpus occupabat, torquebatur in dies doloribus immensis, et ad mortem usque desperans exitum vitae præstolabatur. Erat ei frater clericus quidam, desperans quidem et ipse de carnali medicina, sed de Dei misericordia non dissidens; qui beatum virum pro languente fratre censuit expetendum. Veniens igitur ad viuum Dei, consilium super lanta incommodeitate fugitabat, u que vel fragmenta aliqua ciborum suorum ei mitteret, exposcebat; spinam quoque ligneam rasilem, quam tunc forte manu vii Dei tenebat, petuit et accepit. Tali itaque fragmenta, et fratris ad edendum tribuit, cicatricem spina in crucis signaculo consignans, statimque dolor ita fugatus est ut aeger, cuncus qui adeat stupentibus, diuturnum deseret lectum, et ultra nihil molestiae pristini languoris sentiret.

21. Puer quidam monachus apud Parenum monasterium, dum in choio cum fratribus oraret, una de tabulis cadente, quæ in lacunam turris eminentis jungebatur, contritus a vertice est. Curritur ad venerabilem Patrem, qui tunc forte in altera ecclesia, Dei scilicet Genitricis, divino operi insistebat; et tam gravis collusio pueri, jam pene exanimis, ei nuntiatur. Qui ubi advenit, aqua benedicta faciem ejus ingerat, et oratione subsecuta spiritum vix palpitantem, et ad exitum properantem retinuit; inde paulatim resumptis viribus sanus effectus, longo tempore supervivit.

22. Miles erat in Lugdunensi territorio, Berardus nomine, dominus Castri Rehoterii, qui locum B. Petri Cavariacum devastabat, et ad pravos usus redigere nitebatur. Pro qua re cum a sancto Patre saepius corriperetur, et magis magisque malitia ejus grassaretur, quam die in superbiam elatus, minas intulit et sic ab eo discessit. Ille ad fidei arma se conferens, Christum invocat protectorem, et Joannem Baptismam, in cuius honore loci ejusdem basilica consecrata est, defensorem efflagitat. Mox in ipso itinere Cavariacum et castrum suum Lusesum, divino iudicio percussus, insanivit, et suorum manibus devectus, ad lectum pertrahitur, nocte quoque ipsa vix ab incendio, semel atque secundo lectum ejus occupante, liberatur, vix ad sequentis diei satisfactionem reservatur. Qua tamen ex arbitrio sancti viri peracta, ipsius absolutione ab insania illa quievit.

23. Quodam etiam tempore dum per Aquitaniam pro quibusdam utilitatibus Ecclesiae suæ vir beatus iter ageret; quidam raptores de castello, cui Bridenium nomen est, in eum irruperant, et mulas ejus cum multa supellectile abduxerunt; quod facinus ultio divina secuta est. Nam eodem anno et ab Aquitano duce Guidone, qui et Willelmus vocabatur eorum oppidum subversum est, et divinæ animæ versionis igne concrematum. In consilio quoque

vir Dei tanta gratia pollebat ut quicunque, tam in divinis quam etiam mundanis rebus, consilii causa eum expeteret, ita fonte celestis doctrinæ imbuebatur, ut crederet se quasi ab angelo informatum.

24. Quod S. Michaelis ecclesia, quæ in ea parte Cisalpinae Galliae, quæ Clusa dicitur, siti est, satis in fulmine depulsione probavit. Nam dum cœbris fulminationibus locus ille ferretur, et desolationem cœnobio tempestas horrida, ob quorundam fratrum interium, minaretur, tandem vir beatus de mutanda loci habitatione consultatur. Tunc vir Deo plenus lecum deserendum non esse respondit, sed B. Laurentii martyris patrocinium quotidiana commemoratione implorandum. Cujus consilii tanta apparuit efficacia ut, ab illo tempore, meritis sancti martyris et fide beatissimi Patris, a fulmineis ictibus quiesceret locus. Sed cum alius in consilio utilis, cum sibi promptus atque providus erat; quod in multis negotiis ejus ostendere longum est. Pauca tamen pro rei exemplo breviter absolvam.

CAPUT IV.

Concilium Remense concelebatum, compositum schisma : Pius obitus.

25. Quodam tempore Romanæ sedis pontifex, Leo nonus, ob hæreses Simoniacorum et Nicolaitarum a Gallis extirpandas, Remis s nodum celebrabat, et introitus singulorum Patrum disculiebat. Qui dam singillatim de suis electionibus responderent, vir Dei de conscientia tale fecerunt dedisse responsum : « Caro quidem consensit, sed spiritus repugnavit. » In quo verbo apud omnes tantæ admirationi et gratiæ habitus est ut inter tot eloquentissimos viros, inter tot semiores ipse adhuc adolescens, ut sermonem ad totam faceret synodum eligeretur. Hujus consilium non soluta de vicinis, sed etiam de remolis terrarum partibus petebatur; rex a privatis duntaxat personis, sed a magnis ordinibus, regum, imperitorum, pontificum, tam Romanæ sedis quam aliarum multarum sedium; quibus cum tanta moderatione æquitatis respondebat ut et Deum in omnibus anteponeret, et benevolum se cunctis exhiberet. Quod in schismate Henrici imperatoris contra Romanam Ecclesiam evidenter ostensum est.

26. Ad enjus reconciliationem cum a summo pontifice Gregorio septimo evocatus fuisset, et limib[us] apostolorum (quia ibi Cæsar cum exercitu suo morabatur (94) transmissis, ad summum pontificem divertisset, rex hoc competito legat onem ad eum misit, reprehensibilem eum judicans quod pro mortali homine prætergressus fuisset. At vir Dei

A non ex neglectu, sed ex bona intentione se prætermisso locum respondit, citius ab apostolis veniam se impetraturum, si ob reformatam pacem severum pontificem priorem eis adivisset quam in ejusdem pontificis gratiam redditum, et ad causam minus profutum, si sub specie orationis, regum pontificali videretur prætulisse colloquium. Et hec in concordiam vir Dei eos non potuisse adducere, tamèm imperator paulo minor factus ex tam rationabili responso Sutriam (95), ne Romæ secundus videret, quem prior videre non potuit, ad ejus colloquium venit, ubi post multum ad invicem habitum veatum, rex pro quodam Brixiano episcopo (96), qui ipsi viro Dei injuriam captio[n]is (97), zelo regio ductus, intulerat, flexis gemibus satisfecit.

27. De discretione vero ejus satis referre tanto minus possum quanto per singula opera ejus ire difficultum est. Cæterum ut de aliis virtutibus ejus breviter dissemui, sic et de illa quæ omnium mater est, et sine qua nulla ejus reperiuntur facta, paucis explicabo. Et quia nullo melius indicio res depromitur quam exemplo, idcirco Guigonem Albionensem comitem, novo genere discretionis per eum salvatum, non ab re duximus commemorandum. Hic nimis dum quadam die cum sancto Patre sermocinaretur, inter alia monacham se posse fieri denegavit, nisi veste sacerdotali ad volum ut semper induti permittetur; quod ubi vir Dei audivit, et voluntati ejus acquiescendo satisfecit et animam ejus Deo lucrificet. Nam monachus factus, primum molitoribus et pretiosioribus vestibus sua cuculla indutus incedebat; deinde cum videret fratrum humilitatem, simulque vitæ vel habitus simplicitatem, se inter oves Christi quasi leonem reprehendens, sponte sua sacerdotalia et pomposa quæque abjectit, et sic brevi spatio conversionis suæ, circiter viginti dierum curriculum, bono fine quevit.

28. Religionem in eo tunc demum digne et veraciter laudaverimus, si ejus habitum, incessum, gestum, eloquium, si denique omnia ejus opera sancta et irreprehensibilia in omni vita sua fuisse dixerimus. Patientiam vero, humilitatem, pudicitiam, sobrietatem, cæterasque virtutes, quas habuit,

B describere non est necesse; quæ quasi innatae illi inerant, et ejus actus ab ipsis cunabulis omni modo decorabant. Sed de charitate ejus unum praetermittere indignum arbitror, in quo admirabilem illum fuisse, nemo est qui dissentiat. Nam cum duo milites unum de fratibus ejus interemissent, nullusque refugii locus, ubi se ad salutem recuperent, eis in Gallis pateret, iste vir beatus in asylo Cluniacensi

bus pulsus, militavit in castris Henrici, in iisque periret pestilentia an. 1088, ut scribit Bernardinus Faynus in suo Cœlo Brixano.

(94) Spectant hæc ad annum 1083 et sequentem, quibus urbe potius sacrilegus Guibertum antipapam intronizavit, et ipse viceps ab eo accepit coronam imperii, seu potius damnationis suæ pinguis.

(95)

D

istat Sutria ab urbe Roma ad 25 p. m.

(96)

Odalicus hic fuit, qui ab anno 1063 Sedem Brixensem tenuit, et ob schisma a suis ipsius civi-

(97) Idem variis prælati contigit venientibus ad concilium, a papa ex ipsius Henrici consensu inditum, us videlicet a quorum sincero zelo magis sibi schismatici metuebant.

eos recepit, et monachos factos, unum sub ordinis monastici retinuit nomine; alterum, qui caput male existiterat, fuga lapsus et postea prædis atque rapinis intentum, et ob hoc male interfictum, amissit. Et quoniam tota vita beati viri non aliud quam virtus fuit, neque singula ob enormitatem colligere possumus, idcirco finem hujus operis de tanti Patris fine faciamus.

29. Vir igitur sanctus per gloriosos v.tæ labores, cum jam carnis universæ viam ingredi tota mente desideraret, ut præmium ab ipso Rege, cui semper militaverat, in æterna beatitudine recuperet, non cessabat in dies magis magisque bona opera exercere, misericordiae studere, esurientes pascere, nudos vestire servitio Dei cuncta postponeare, rigorem ordinis sui inflexibiliter tenere, religionem tam in se quam in subditis semper observare, virtutes denique omnes æmulari, amplecti et obtinere, et sic vocationis suæ diem jūgiter exspectare. Interea Dominicæ Resurrectionis paschalis solemnitas advenerat, et sanctus senex de labore ad requiem transitorus, cum in pso Cœnæ Dominicæ die fratres suos, tam absentes quam præsentes, paterna auctoritate absolvisset, Passione vivifica ac Resurrectione celebrata, quarta feria jam die advesperascente, in oratorio beate Dei Genitricis, beatum Deo spiritum reddidit, cuius corpus aromatibus conditum, in basilica nova quam ipse consuixit, ad orientalem plagam sepultum est.

30. Cujus exequias, ipsa nocte qua migravit ad Dominum, frater qui iam religiosus, Balduinus nomine, olim domini Anselmi Cantuariensis archiepiscopi dispensator, in spiritu, sicut ipse mihi narravit, ab Anglia per ordinem vidit. Nam ubique luctus incomparabilis, ubique ejulatus, ubique planctus personabant, quidquid in sancti Patris funere doloris Cluniaci agebatur, totum ipse in Britannia

A positas videbat, et cujus causa totum fieret intelligebat. Tunc vocato Rosensi episcopo domino Rolduso, qui tunc Cantuariensem Ecclesiam de recente obitu domini archiepiscopi Anselmi consolabatur, visionem exposuit, et sanctum senem de sæculo ministrasse prædictit. Igitur notata die atque hora, post non multos dies sanctum virum obiisse dicit, et notatum tempus iuxta visionem quam viderat inventum. Quidam quoque abbas de Cameracensi pago duo grabata ad cœlum desciri videbat; quorum unum archiepiscopi Cantuariensis, alterum Cluniacensis abbatis esse dicebatur: unum ascendebat in quarta feria unius hebdomadæ, alterum similiiter alterius hebdomadæ eadem feria. Quo I paucis transcursis diebus, rei probavit eventus; nam dominus B archiepiscopus quarta feria ante Dominicam Cœnam die illucescente migravit; sanctus vero senex Dominica, ut supra dictum est, peracta Resurrectione eadem feria, octavo scilicet die advesperascente, carne solitus est. Hæc de Vita sancti Patris nostri Hugenis abbatis Cluniacensis, sicut partim vidi, partim relatione probabilem virorum dicer, perstrinxerim, in cujus laude versiculos istos sic decantenuis.

Regula virtutum, Pater Hugo, decus monachorum,
Spes inopum, contemptor opum, portus misericordum,
Vas templumque Dei, libamen et hostia Christi,
Carne locatur humi, sed spiritus astræ petivit.

O felix cuius! felix auriga tuorum!

C Fac ut ad astra vehas quos hic vivendo regebas
Ulima lux vitæ penultima luxit Aprilis.
Lux æterna, Deus tibi luceat omne per ævum.

Rexit autem Cluniacensem Ecclesiam annis sexagesima, additis octo diebus ac duobus mensibus (98), cuius merita nos apud Deum adjuvent in sæculi sæculorum. Amen.

(98) Ergo consecratus an. 1049 22 Februarii, in festo cathedralæ S. Petri Antiochenæ, tunc in feriam avcadente, qua feria etiam obiit.

SYNOPSIS VITÆ METRICA.

(Auctore eodem Raynaldo ex dicto ms.)

Insignem titulis et clarum laude per orbem
Hugonem canimus, spem, Cluniace, tuam.
His Deus aspiret cœptis, haec vota secundet,
Ut Patre tam sancto digna loqui merear.
Quos habuit proceres Burgundia nobiliores,
Germen traxit ab his iste vir egregius.
Nam patre Dalmatio mihi clarus edidit unquam,
Ni quia plus nimio bella sequi voluit.
Mater Aremburgis, non impar stirpe marito,
Moribus effulxit, se quoque nobilior.

PATROL. CLIX.

I) Haec concussa metu, partus instanti periclo.
Vota sacerdotium censuit expetere.
Res nova tot seculis, dum sacrificatur ab uno,
Infantis species cernitur in calice.
Quis foret et quantus qui nascebatur habendus,
In tanto speculo visa figura docet.
Illi sacramentis consueto more peractis,
Quem reperit natum, prædicat eximium;
Unde suum vatem pueri nec vita sesellit;
Nec juvenum mores hunc violare queunt.